

Johannis de Beychelin notarii publici suprascripti me subscripsi et sigillum meum feci appendi praesenti instrumento.

Et ego Conradus de Wallhusen canonicus ecclesiae praedictae in signum mei consensus per manum Nycolai de Cappelndorf supra scripti me subscripsi et sigillum meum praesentibus feci appendi.

Et ego Nicolaus Ebirhardi decretorum doctor custos ecclesiae eiusdem in signum mei consensus manu propria me subscripsi et sigillum meum feci appendi praesenti instrumento.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit 12 zum Theil beschädigten Siegeln des Bischofs Johann, des Decans Heinr. von Gubyn, Hermanns von Woltitz, Thammos von Luppa, des Paxlaus von Nymantz, Ludwigs von Schenkenberg, Dietrichs von Cappelndorf, des Probsts Albert, Johanns von Droynitz, des Probsts Heinrich, Conrads von Wallhusen und des Doctor Nicolaus Ebirhardi an Pergamentstreifen.

No. 453. 1350. 16. Febr.

K. Karl IV. bestätigt dem Capitel auf dessen Bitte alle Privilegien, Güter und Renten in namentlicher Aufzählung der letzteren.

Karolus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex ad perpetuam rei memoriam. Licet ad proseguenda quorumlibet vota fidelium regiae liberalitatis dextera quadam regularitate sit habilis, ad illorum tamen profectus et commoda speciali praerogativa favoris consuevit intendere, qui regi regum et dominantium domino in simplicitate mentis et corporis iugiter famulantur. Sane honorabilium . . praepositi, decani et capituli ecclesiae Misnensis devotorum nostrorum dilectorum nuper maiestati nostrae oblata supplicatio continebat, quatenus eisdem privilegia et litteras, quae et quas a divis Romanorum imperatoribus et regibus praedecessoribus nostris, necnon a quibuscumque principibus, marchionibus, ducibus, buregraviis, comitibus ac baronibus optinuisse noscitur, necnon bona universa et singula, quae nunc iuste possident aut in futurum quibuslibet iustis titulis poterunt adipisci, et nominatim bona, quae de verbo ad verbum inferius annotantur, appropriare approbare ratificare innovare et confirmare de benignitate regia dignaremur, videlicet totam villam Borus^a) cum duobus allodiis, iudicio, theloneo, nauulo, taberna, et villam Zchenicz^b) cum allodio et iudicio, totam villam Ohorn^c), curiam in Wasserburg cum hortis adiacentibus, totam villam Probistuicz circa Stuchaw^d) cum iudicio, in Lomacz^e) duo talenta minus solido, totam villam Kagan^f), in Kywicz^g) decem et octo modios siliginis et decem et octo modios avenae et viginti octo grossos, in villa Eigen^h) unum talentum cum dimidio, in villa Presenⁱ) duo talenta cum dimidio et tredecim modios tritici, in Prewda^l) viginti unum modium siliginis et quindecim modios tritici, duo talenta sex solidos grossorum, unum maldrum siliginis et avenae, in Plawenicz^m) duo maldra siliginis et duo maldra avenae, unum maldrum hordei, in Messanⁿ) quatuor marcae, in Swimicz^o) sex talenta, totam villam Rostel^p) cum allodio, in civitate Missna sex talenta denariorum minus duobus solidis et de qua-

a) Boritz. b) Schänitz, Par. Boritz. c) Ohorn, Par. Pulsnitz. d) Prosita, Par. Staucha. e) Lommatzsch. f) Gross- u. Kleinkagen, Par. St. Afra. g) Kiebitz, Eph. Leisnig. h) Mögen, Par. Neokautz? i) Priessen, Par. Rüsseina. l) Pröda, Par. St. Afra. m) Planitz, Par. Ziegenhain. n) Messa, Par. Lommatzsch. o) Schweimnita, Par. Beicha. p) Rossthal bei Dresden.